



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 20. Exercitus in Germania a Principe Oranio conscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](#)

**Sæcul. XVI.** incendio, illud haud ita facile restin-  
A.C. 1568. gui posset, viresque Hispaniæ Regis,  
 quæ melius contra Turcam infestum fa-  
 miliæ Austriacæ hostem verterentur,  
 hac ratione distraherentur, ac proin  
 debiliores forent, quam ut in iis pre-  
 sidii quidquam Germaniæ fines ponere  
 valerent.

## §. XX.

*Exercitus in Germania a Princi-  
Oranio conscriptus.*

*Thuan. &  
Strad. l.c.*

**C**arolus ea de re in primo statim col-  
 loquio enixe cum Philippo egit, sed  
 tardius id factum, cum jacta semel alea  
 Hispaniæ copiæ, & Albanus Dux ipse  
 tuto, & salva existimatione sua revoca-  
 ri haud possent, nam ad famam perti-  
 nere existimabat, ne consilii nuper re-  
 clamantibus cunctis Principibus fœde-  
 ratis initi tam cito pœnitentia duci vi-  
 deretur: cum autem se non mediocri  
 apud Imperii ordines ob id invidia pre-  
 mi intelligeret, scripto Germanica lin-  
 gua exarato, & publicato se purgabat,  
 & exaggerato perduellum crimini con-  
 silii sui rationes niti, atque ad oppri-  
 mendos seditiosos se æquitatis legibus  
 adstringi pluribus demonstrabat: quo-  
 circa bellum utrinque continuatum: in-  
 terim Oranius Princeps ex Germania  
 copiosum contraxit exercitum, hisque co-

piis

æcul. XVI.  
A.C. 1568.

piis auctus ineunte Mense Septembri  
trajecto Rheno ad S. Viti oppidum suæ  
ditionis locum pervenit, inde vero trans-  
eundi copia a Clivensi Duce petita Lu-  
dovicus Nassovius, qui post acceptam  
Gemmingensem cladem fese ad Ora-  
nium Fratrem suum contulerat, A-  
rembergam cæso Hispanorum præsidio  
vi cepit, ac postea Carpensem arcem,  
& Eppenam inter Coloniam Agrippinæ,  
ac Duram, atque Hornefonam, nec-  
non Vilenam Culemburgi Comitis arcem  
in potestatem redegit. His factis Aquis-  
grano grandem pecuniam imperavit, ac  
in Rheno circiter octodecim navigia  
Italicis mercibus onusta intercepit, quas  
tamen Institoris magna pecunia rede-  
merunt: cæsæ etiam fuere aliquot re-  
giae cohortes prope castrum Noctei-  
mum: ibi autem longo tempore hæ-  
rente Principe Oranio, cum incertum  
effet, an Lucemburgensem agrum, vel  
Belgium, aut potius Gallias peteret,  
Albanus Dux, cum Burgundiæ Comita-  
tui, quamvis ad illius defensionem ex-  
foedere Helvetii essent devincti, peri-  
culum imminere metueret, Vergio  
Chamlitæ Comiti Provinciæ Praefidi  
pecuniam a mensariis grandi fœnore ac-  
ceptam submisit, ac Norcarmio Baroni,  
Comiti Rutio, & Christophoro Mon-  
dragonio Damvillerii Praefecto præce-  
*Hist. Eccles. Tom. XLVIII. S. pit,*

**Sæcul. XVI.** pit, ut conscriptis equitibus, ac pe-  
**A.C. 1568.** ditibus ei, si casus ferret, præfio el-  
 sent: mox vero, & Casparum Roble-  
 sium cum legione sua ad eas partes ab-  
 legavit, dato ei negotio, ut Antonius  
 Berrius Didaci Caruajali signifer cum  
 quinquaginta delectis Hispanis Limbur-  
 gensi arci imponeretur.

Nihilominus rebus ita provide di-  
 spositis Albæ Dux præpedire haud po-  
 terat, quin Oranius Princeps trajectu-  
 Mosa prope Tungros Leodiensis ditio-  
 nis oppidum castra metatus Trudono-  
 polin caperet. Verum eundem Albæ  
 Dux tam presso pede insequebatur, il-  
 lumque tam arce cingebat, ut Prin-  
 ceps crebra, ingentique clade consum-  
 ptus viginti novem omnino vicibus ca-  
 stra figere, moxque ea loco movere com-  
 pelleretur, atque ad tantas redigere-  
 tur angustias, ut omnino incertus hæ-  
 reret, quorū suā copias conduceret;  
 meditabatur equidem in Gallias auffu-  
 gere, suum exercitum Condæo Princi-  
 pi juncturus, verum illius milites te-  
 comperta in tam apertas erumpabant  
 indignationes, ut illos militari sacra-  
 mento solvere, ipsusque in Germaniam  
 fecedere cogeretur.

§. XXI.

*Pii V. Papæ studium in tuenda Rv-  
 ligione.*

Tam